

7.<sup>a</sup> aug. 1751.

Confirmatio sororis m.<sup>e</sup> Josephæ  
Francke electæ 17.<sup>a</sup> julij in  
Priorissam d. Monial. Brugis.

5. julij 1755. per eandem ferè  
formulam confirmata est Electio —  
D. Amati Deschamps in Priorem d.  
Vallis Dei -

fr. Michael &c. W. in ch. Sororibus conventualibus d. Monialium  
Brugis salutem, nec non faustam inter caput et membra  
diuturnamque Concordiam.

Sortes in sinum mittuntur, sed à Dño temperantur, inquit Sapiens.  
Eas ergo quæ in d. vestra misse fuerunt ad celebrandam electionem nove  
Priorisse quæ p. matris Brunona MacNaert locum ac nuper defunctæ  
locum occuparet, à Spiritu S. directas et temperatas credimus, maxime  
cum à PP. confirmatoribus audierimus nihil nisi secundum canonicas  
leges in hoc opere à vobis prestitum fuisse. Quod itaque à Dño exiisse  
confidimus, absit ut ratum habere renuamus. Idcirco tenore presentium,  
nostræ ac capti gl. authoritate super annum in nos transfusa,  
p. sororem et amodò matrem maridam Josepham Francke sic à vobis  
in Priorissam canonicè electam, et à dictis PP. confirmatoribus debite  
confirmatam, etiam ex parte nostra ~~et~~ plenariè confirmamus, in vobis  
Patris et filij et Spiritus S. amen. Agite nunc et sub hoc novo capite  
novum fervoris robur induite, quatenus ascendentes de virtute in  
virtutem magis ac magis placeatis ei qui vos à seculo nequam  
segregavit ut in Sponsas electas sibi specialitè assumeret, et nuptiali  
suo thalamo aptandas præpararet. hanc autem spirituales ascensionem  
efficacius in cordibus vris deo adjuvante, <sup>disponet</sup> operabitur Mater à vobis electa  
si quæ verbo, quæ exemplo mentibus vestris satagat injicere <sup>selecta</sup> optimarum  
quarumcumque virtutum semina, quæ submissionis et obedientiæ vestre  
bono odore respersa fructum utriusque referent uberrimum. ad hæc tam  
matri quàm filiabus opulentum de cælis supplicamus auxilium.  
Datum Cartusie sub Syngrapho et sigillo consuetis die 7.ª augusti  
1751.

f. sicut grege suo à quo assumptus est assidue remanens, ipsumq; non verbo aut loco dumtaxat  
sed exemplo potius præcedens, optimam ei regularis observantiæ, religiosæ simplicitatis  
recollektionisq; testem exhibeat, sicq; mentibus vris